



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis

Dietrich <von Engelsheim>

Münster, [1893-1897]

66. Litera responsoria per capitulum missa consilio Basiliensi adversus
scripta domini Coloniensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

Copia littere sive conceptus incompleti capituli Paderbornensis contra litteram domini Coloniensis concilio scripte.¹⁾

66. Reverendissimis in Christo patribus, . . . dominis
 1434. Basilee in sacrosancta synodo congregatis, . . . prepositus,
 11. April. decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis humilimam cum debita reverencia et obediencia recommendacionem. Noviter . . . non absque cordium nostrorum amaritudine percepimus, quomodo . . . dominus noster Theodericus, archiepiscopus Coloniensis . . . paternitatibus vestris mira de facultatum et proventuum ecclesie Paderbornensis exilitate patrieque huius . . . desolacione [denunciaverit.]²⁾ . . . Huiusmodi premissis sugestionibus et erroribus per . . . dominum nostrum Theodericum vestris paternitatibus expositis resistendo — nam demum error, cui non resistitur, approbari videtur, — ne videamur immemores nostrorum votorum nomine ecclesie Paderbornensis prestitorum —, exprimendo veritatem pauca referamus. . . . Olim vacante ecclesia Coloniensi per obitum felicis recordacionis Frederici, . . . antistitis . . . dominus noster Theodericus . . . et quondam dominus Wylhelmus de Monte, frater ducis de Monte, ad ecclesiam Paderbornensem assumptus, simul discrepantibus vocibus ad ecclesiam Coloniensem . . . pariter electi [sunt.]³⁾ Idem dominus Theodericus, . . . potenciam ducis de Monte . . . predicti et suorum fautorum perhorrescens, pacem cum . . . Wilhelmo, electo ecclesie Paderbornensis tractavit, annuens, quod illi comitissa de Tekenburg, filia sororis sue matrimonialiter copularetur. Cui idem dominus Theodericus, ut dicebatur, in augmentum dotis supradictos XXIII millia florenos de ere episcopalis mense exhaustos donavit.

¹⁾ Mit Weglassung der vorher mehrfach geschilderten Zustände und Thatfachen nur im Auszuge wiedergegeben. ²⁾ Fehlt im Texte, ist ergänzt; die folgende Schilderung, ein Auszug aus dem Urkundenstücke Nr. 61, ist ausgelassen. ³⁾ ergänzt.

Per cuius matrimonii consumacionem videns ecclesiam Paderbornensem pastoris solacio destitutam, . . . non pulsatus precibus capituli Paderbornensis sibi titulo tutorio seu administratorio ad vitam suam commendari per . . . Johannem, papam XXIII obtinuit. Quam quidem commendationem . . . leti admisimus, confidentes de dicto domino nostro Theoderico, archiepiscopo, quod nos et patriam nostram a sevis inimicorum iaculis et crebris armatorum insultibus per sibi a Deo collatam gratiam et potenciam defensare vellet, prout in gressu ad civitatem pollicebatur. Quid in premissis per eundem dominum nostrum Theodericum et qualiter actum sit, exitus et experientia, rerum magistra, que non fallit, nec fallitur, edocuit et probavit. . . . Post susceptum huiusmodi administratoris . . . titulum fluxerunt anni duo et plures, . . . quod nos aut patriam nostram semel visitasset. Quanta enim hec patria propter eiusdem domini nostri Theoderici longinquam distanciam et tardam visitacionem pertulerit dispendia, novit, qui nichil ignorat. Huius etenim patrie insidiatores ac dicti domini nostri emuli¹⁾ et zelatores nos et nostra absque repulsione et resistencia invadunt et rapiunt et rapta eis ad lucra cedunt, quod non est, eis qui resistat. Domino nostro predicto inconsulto, in remoto agente nunciis promovendo, quid inoccurentibus agendum sit, rapta divisa et devorata ac ad alienos deducta et ablata manent spe frustrata, tuicione per ipsum et suos non secuta in pluri et maiori, quam antea eo alieno hic visum erat et compertum, prout hec merito dolentes referimus.

Quid igitur refugii querere debeamus, penitus ignoramus, sed necessitate compulsi omnia nos oportet pacienter sustinere, donec divina gracia aliter duxerit

¹⁾ Feinde.

ordinandum. Quid ultra! Idem dominus non lanam, sed ovem querit devorare more lupi rapacis, minime tutele officium advertens, quo commissos firmissime obligatur defensare. Quibus neglectis more suspecti tutoris idem totam ecclesiam nostram sibi iuratorie commissam ad ecclesiam suam Coloniensem fecit uniri et incorporari sinistre camerali expeditione nostro consensu non requisito, asserens, . . . ecclesiam Paderbornensem in universis sumtibus episcopalis mense summam quadringentorum florenorum auri de camera non excedere, licet in XL castris et civitatibus et opidis bene sit munita et refulgeat, ubi sunt ultra X castra, quorum quodque ultra summam pretaxatam singulis annis reddituum redundat in solvendo, sic veritate suppressa affectans, . . . ipsam commissam ecclesiam defraudare, . . . nos, ecclesiam nostram, vasallos et opidanos nostre ecclesie a libertatibus pristinis reducendo! Quibus sedes apostolica, celsitudo imperialis et metropolitana iurisdiccio defraudantur, queque ratione suorum nobis iuratorie promissorum ipse, nec nos sustinere salvo honore non possumus, sed illis intendimus, inquantum valemus, obviare, contradicere et resistere usque ad interitum.

Qua propter, . . . vobis humiliter et devote supplicamus, quatenus hiis attentis ob nostras supplices oraciones vos ecclesie sancte universalis nomine, que devium¹⁾ tenetur evellere, velitis interponere, dictum dominum informare, inducere et ad hoc stringere, ut a dicta incorporatione resiliat, . . . et de sua ecclesia Coloniensi, que pro tribus episcopis opulenter sufficeret, contentetur, tuendo et defensando ecclesiam nostram Paderbornensem in forma, ut a sede apostolica sibi est commissa. . . .

¹⁾ Irrthum.

Datum Paderborne sub annis Dominice incarnationis
MCCCCXXXIII, dominica, qua in ecclesia Dei cantatur
Misericordias Dei ect..

Prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis.

Copia cuiusdam conceptus sive littere, quam petiit dominus Colo-
niensis a civitate Paderbornensi sibi sigillare et in testimonium
recognoscere.¹⁾

Wyr burgermestere inde raid der stat Paderborn
bekennen inde bethugen offentlich oevermitz desen brieff,
dat uns kundich is, dat in vortziden, als die vede tus-
schen dem erwerdigen fursten, unsen lieven genedigen
heren, her[n] Diderich, ertzebisschoff zo Colne, hertzogen
van Westphalen inde van Engern ect. dem gestichte van
Paderborn inde wilne²⁾ hern Wilhelm van dem Berge
gescheiden wart, inde der vorgeschrewene unse genedige
here die scheydonge ain³⁾ gelt uysszogeven wale vunden
hette, — nemelich dat der vorgeschrewene her Wylhelm
eyn ungerechent⁴⁾ amptman dez gestichtes van Pader-
born gewest soelde syn, dez unsen herep proist, dechin
ind capittel nyet zo synne en was, noch haven wolden,
— so baden sy unsen genedigen heren, andere wegen
zo vynden; sy woelden dat geen syne genade verguden.
Also wart gedadingt, dat unse genedige here dem vor-
schrewenen hern Wylhelm syne nychte van Tekenburg
gaff zo eyne eligen wyve myt eynindtzwentzych dusent
gulden, syns gestichtz van Coelne gude. Dairumb soeld
dat capittel erleuven inde yren consent dairzo geven, dat
gesticht van Paderborn hondert yar na unss genedigen
hern doide an dem gestichte van Colne zoblyven, off id

67.

¹⁾ Es ergibt sich aus dem Folgenden, daß dieses Schriftstück wie auch die beiden folgenden unvollzogene Entwürfe geblieben sind, die der Erzbischof Theoderich an die Stadt Paderborn zur Besiegelung und Vollziehung geschickt hatte ²⁾ weiland. ³⁾ ohne. ⁴⁾ ungerecht.